



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

6. De miraculis Daudis Georgij, & Anabaptistarum Monasterien, quodq[ue] homines idiotæ apud Anabaptistas literas callea[n]t, resipiscentes, denuò vt a[n]tea sint idiotæ et literaru[m] ignari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

quod pro confirmatione sui erroris præstare non potuerunt, Polychronius & alij heretici, hoc pro Catholica fide confirmanda sæpius præstiterunt in mortuis ad vitam reuocandis beati Confessores & Martyres. Inter quos Ma-
Macarij mi- raculum.
 tandam, defunctum à morte excitauit, clande-
Cassia. colla.
 stinam fugam meditante hæretico, qui id se
15. cap. 3. &
 quoque facturum iactauerat, vt infra refere-
Nicep. lib. 9.
 mus. *cap. 14.*

D. U. Wilhelmus Lindanus Dialogo. 3. cap. 1. Dubitantij. De miraculis Davidis Georgij & Anabaptistarum Monasteriensium, quodq; homines idiota apud Anabaptistas literas calleant. resipiscentes, denuò, vt antea, sint idiota, & literarum ignari.

CAP. VI.

DAuidem Georgium ob artes magicas malè passim audire notissimū est. No- ui enim, qui vbi impiam eius doctri- nam abominati ad Catholicam redirent Ec- clesiam, sese sibi persuassimum habere dice- rent, fuisse præstigijs delusos: vt nobis cum la- chrymis minimò simulatis deplorabant. Cæ- terum de Monasteriensibus illis Anabaptistis certo certius est, conatos fuisse simulata san- guinis pluuia alijsq; imposturis suum con- firmare Pseudoeuangelium. Eo autem insaniz quosdam Tiguri fuisse redactos testatur Bul- linger. vt sibi dona linguarum polliceri à pa- tre cœlesti non dubitarent, sed eos vanissima

N n 4 illu-

illufit spes, ficuti & per Hollandiam nouum
 manna de cœlo expectantes Adamitas. Illud
 tamen intactum prætere non possum, ex fide
 dignis me audisse tam efficacem fuisse Sacha-
 næ in Anabaptistas imposturam, vt simulato
 quasi miraculo, dum sese illi fanaticæ factioni
 deuouerent, sacra possent legere, quod ante
 neque norant, neque didicerant. Sed si ab istis
 respiscant etiam reuulsi, præstigijs, vna cum
 animi pœnitentia perit & legendi scientia.
 Equidem istud diu pro fabuloso habui, donec
 apud Harlemen. vir Catholicus N. minimè
 ignotus narrabatur, suam vxorem, vbi vi ad
 cubiculum perrupisset (in quo expanso capil-
 litio inter fratres sedebat Anabaptisum sus-
 ceptura) vi extraxisse legentem nescio que
 ipsorum mysteria: quam domi cum moneret,
 vt aliquid legeret, illa sese ne literas quidem
 amplius nouisse respondit. Simile & Louanij
 de iuuentula quadam ab Anabaptismo respi-
 scente iam pridem me frequenter audijisse re-
 colo.

*Cassianus Collation. 15. cap. 3. & Niceph. Cal-
 listus. lib. 9. cap. 14. histor. Ecclesiast. Ma-
 carius in Ægypto, ad heresin Eunomij re-
 futandam, defunctum à morte excitat. Eu-
 nomiano quodam heretico, qui idem se fa-
 cturum iactauerat, fugam arripiente.*

C A P. V I I.

CVM hereticus quidam, qui Eunomij p-
 fidiam sectabatur, sinceritatem Catho-
 licæ